





Pr. 65. num. 75. 1722, 10  
9

DISPUTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA,  
DE  
**APPANAGIATIS,**  
IN PRIMIS  
**IMPERII PRINCIPIBVS,**

GERMANIS :

Von Titel = Wappen = Schild = Lehn = Nachfolg = Residenz =  
und andern Rechten abgetheilten besonders aber  
des Heil. Rom. Reichs Fürsten.

P. 309  
Q V A M  
IN ANTIQVA RAVRACORVM VNIVERSITATE  
PRO LICENTIA  
SVMMOS HONORES DOCTORALES CAPESSENDI  
ERUDITORVM DISQVISITIONI EXHIBET  
D. FEBR. CIO IO CC XXVII.


**FRIDERICVS GÜTLERVS,**  
NIC. FIL.  
BASIL. OR. DAV. NAT.



---

BASILEAE,  
TYPIS IOANNIS HEINRICI DECKERI,  
NUNC REG. CIO IO CC XXXV.







L. N. D. N. I. C.

DISPUTATIO IN AVGVRALIS  
DE  
**APPANAGIATIS.**

CAPVT I.

**DE ETYMOLOGIA, DEFINI-  
TIONE ET ORIGINE APPANA-  
GIATORVM.**

Th. I.



TSI IVRIS CONSULTORVM pluri-  
mi Grammaticorum subtilitates  
& deductiones negligant, Bald. in  
l. quoniam 15. C. de Testament. imo etiam rerum  
potior sit cura ; tamen nominum priorem esse  
habendam rationem verissime dicitur ac svadent

A 2

I. I.

*l. i. de reb. cred. & l. 7. fin. de suppel. legat.* quia non solum à verbis rerum intelligentia dependet ; sed & usitata latinis Auctoribus Jurisconsultisque consuetudo idem velle videtur. arg. *l. i. de J. & J. l. i. §. 1. de paetis §. 2. J. de Tut.* insuper Vincent. Placcius , prolixo deducit in libro *de Jurisconsulto perfecto cap. 8. §. 4. seqq.* istam onomatologiam absque grandi incommodo prætermitti , aut insuper haberi non posse.

Th. II. Ante omnia sciendum & prænotandum est : quod quidam velint vocem *Appanage* intuitu primitivæ originis proprie dici de postgenitis Regum Galliæ ; unde fit quod derivent hanc vocem ab *Appanare*, quod à velex Panagio panem sive vietum , unde possunt vivere , habeant . Vox enim illa *Appanare* ut Schilterus putat est Francicæ originis , & verbum lingvæ provincialis , sive rusticæ , significans panem , i. e. alimenta exhibere , in *Inst. Jur. Publ. Rom. Germ. Lib. II. Tit. IX. Tom. I.* de quo conf. Du Fresne in *Glossar.* sic Latronem *Appanare* prohibetur quis , h. e. sustentare , vid. Eundem in *Gloss. in L. A.*

Th. III. Alii à Deo Pastorum *Pan* deducunt , tradentes , *Appanagium* verum olim constitisse in Jure pascendi sues in *Sylva*. Richelet. *dictionnaire Franc.*

*Franc. sub voce Appanage.* Immo Rageau, *juxta Richelet d. l.* credit, se novam hujus vocis Etymologiam invenisse, & pluribus invehitur contra illos, qui à *pane* aut *Panagio* hanc vocem deducunt, existimatque vocem descendere à vocabulo Germanico. Quam derivationem modo laudatus Richelet, *eodem loco* non commemorat: Sed videatur illa esse, quam Besold. *Nomico polit. i. differ. 5. n. 15.* refert, nempe à *banno*, quasi *abbanagium*, *Hindanweisung*, *Abbaumung*: quoniam *Appanagiati* à successione ausgeschlossen, und quasi gehainnt seynd. Ast cum in tanta caligine quid certi determinate impossibile sit, nemo vitio verterit, si cum Tiraquel, *tract. de Jur. Primogenit.* ingenu fatear, me de hac vocem nil certi invenisse, quod aussum in medium proferre. Sane verosimilius est, hanc vocem natales suos & cunabula Gallo-Francis debere & ab his, temporis tractu & ulu svadente ad Germanos aliasque Gentes transmigrasse. Accedit, quod scriptores imprimis Gallici in hoc argumento illustrando desudarint, & præ aliarum Gentium scriptoribus excelluerint.

*Th. IV.* Quandoquidem autem definitio cuiusque rei succincto complexu totam ejus esشنiam exhibeat; hinc & nos ad faciliorem & clariorēm

A 3

orem subsequentium intellectum illam premittere statuimus : Est autem Appanagium portio bonorum Primogenituræ subjectorum , cæteris liberis masculis , quibus succedendi spes est , ad tuendam interim dignitatem , debita , Spring. de Ap-

pan. & Cocej. Prud. Jur. Publ. cap. XXVII. §. 10.

Sunt ergo Appanagiati Principes vel Comites juniores Masculi ad tempus ob introductum Jus Primogenituræ à successione exclusi , tali Appanagio interim ad tuendam dignitatem Principalem frumentes utentes . Dixi ad tempus , non enim semper excluduntur ; sed jus eorum solum quiescit his auf einen ledigen Auffall . Itidem dixi Masculi ; Principes Fœminæ non sunt Panagii regulariter capaces , nec virili Prospria extante , nec ea deleta : quia regulariter spem succedendi in Principatum non habent ; sed Dote vel alimentis à Primogenito pro luctu , dignitati tamen & Patrimonii quantitati convenientibus , contentæ esse debent . Panagia vero illis dantur in solatium , qui alias secundum Jus Naturæ succederent . Choppinus de Dom. Franc. lib. III. tit. I. Idem Auctor eodem loco num. 16. exemplum sententiæ latæ hac in causa Ann. 1314. mense Novemb. nobis exhibet : Carolus Dei Gratia Francorum & Navarra Rex &c. Cum Procurator Ducis Burroundia pro se & ratione uxoris sue contra Pro-

CHR

curatorem nostrum proponeret, quod charissimus  
 Dominus & Genitor noster, in Contractu Matrimo-  
 nii, de Germano nostro Philippo & uxore sua Jo-  
 hanna, eis promiserat, & eorum heredibus ex dicto  
 matrimonio procreandis viginti millia librarum  
 terra, cum honore Comitatus pro quibus postea assi-  
 gnaverat Civitatem Pictaviensem, cum certis per-  
 tinentibus cum honore Comitatus. Item quod Ger-  
 manus noster Rex Ludovicus assignaverat dicto Phi-  
 lippo pro provisione, seu Appanagio suo de bonis, que  
 fuerunt Matris nostrae sex millia librarum terra in  
 Campania: quod cum Burgundi uxor neptis nostra,  
 tanquam primogenita dicti Philippi succedens eidem  
 in Comitatu & Terra predictis esset in Possessione &  
 saifina de dictis Comitatu & terra per Consuetudi-  
 nem Patriae notoriam, qua mortuus saifit vivum, di-  
 cendum Ducem ratione uxorius ad fidem & homagi-  
 um nostrum reciperemus. Procurator noster pro-  
 posuit ex adverso, quod licet Germanus noster Phi-  
 lippus, tempore quo erat Comes Pictaviensis, pramis-  
 sa possedisset ut Comes; tamen statim quod fuit Rex,  
 desist posidere ut Comes, & quod tanquam Rex de  
 prmissis saifitus decessit, cui nos successimus tan-  
 quam Masculus & haeres proximus in dicto Regno  
 & omnibus prmissis & aliis pertinentiis dicti Regni  
 &c.

Ecce. Per Arrestum nostra Curiae dictum fuit: quod predicta requesta dictorum Dicis & ejus uxoris non fiet, & quod nos remanebimus in saifina nostra predicta, salvo super præmisæ quæstione Proprietatis.

Th. V. Sed cum notum sit, quod in omni doctrinæ genere nemo cum fructu versari possit, nisi ab omni retro antiquitate prima rerum initia repetere studeat: Contra illi, qui neglecta illa disquisitione, statim ad ulteriora delapsi sunt, nunquam ultra vulgarem modum profecerint: ut ergo hunc evitemus scopulum, variorum varias opiniones de origine Appanagiatorum referemus. Origo sane Appanagiatorum non recens videtur esse, sed antiquissima; quippe jam in Republica Hebraica, licet non sine mysterio, usitata, teste Hieronymo ad Gen. XLIX. sic enim Abrahamum fecisse legimus, cum primogenito solidam hæreditatem, cæteris pecunias daret. Ita quoque Juðæorum Rex Josaphat, uti scribitur lib. 2. Paralip. XXI. Ioramo primogenito Regnum tradidit, cæteris filiis quasdam civitates, aurum & argentum, quo possent honeste vivere, reliquit. Adeo ut frustra sint, qui primos Appanagi natales à tempore Hugonis Capeti (qui multis demum post Christum natum seculis floruit) deducere velint, uti

uti novissime fecit Kipping. lib. 2. Method. Jur. Publ. c. 5. num. 20. conf. Leiser. de Appan. Tb. IV. apud Fritsch. Vel à Philippo III. exordium hujus rei petunt. Illi vero non inepte argutari, sed rem proprius contingere videntur, qui existimant, (uti Vitriarius in Instit. Jur. Publ. Rom. Germ. lib. 3. tit. 20. §. 64. docet; *Origo sine dubio eadem est Appanagii, quæ est Juris Primogeniture;* Appanagia cum ipso Jure Primogenituræ instituta esse. Hinc operæ pretium erit, quædam de *Jure Primogenitura præmittere.*

Th. VI. Cum Regna & Principatus socium ferre, ut *Seneca* dicit, nequeant; ac quibusdam familiis non parum nocuerit ditionis ac regionum in plures fratres divisio; immo magnum illustribus Domibus malum sit, & non nisi inter Deos minorum Gentium, vel plebejos æQUITATIS aut pie- tatis nomine excusatum videris, ut *Monzamb. de statu Imper. Germ. cap. 2. §. 12.* loquitur; Ita & quanta clades in plures easque minutiores sæpe particulas, discriptis Regnorum atque Imperiorum bonis, ipsi publicæ rei inferatur, tum aliis pas- sim, tum eleganter ostenderunt Illustres illi rerum politicarum *Duum Viri Didacus Savedra symb. Polit. LXX. & Ch. Forstnerus Not. ad Tacit. XV.*

B

Annal.

*Annal. c. 2.* Hinc Galli quasi proverbialiter dicunt : *Que le Commandement ne se peut partager sans perdre l'estat*, Conseill. d'estat part. 1. cap. 1. atque optime à quibusdam prælertim Carolo IV. Imperatore Jus Primogenituræ est introductum. Hinc etiam bene quidam status Imperii An. 1653. in Comitiis, in primis Saxo-Altenburg. Brandenburg, Brunswic, Hessen & Holstein, petierunt, ut Jus Primogenituræ per totum Imperium introduceretur atque ejus manutenentia Capitulationi Cæsareae intereretur. Quod tamen per majora suffragia denegatum fuit, ut Schilter, narrat in *Instit. Jur. Publ. Rom. Germ. lib. 3. tit. 1. §. 6. in fin.*

Th. VII. Istud Jus Primogenituræ apud Hebreos erat quædam prærogativa & dignitas, ut natu maximus duplice portionem hæreditariam acciperet Deut. XXI. 16. 17. præterea cæteris esset honoratior, ut qui in festis sacrificia offerebat, sedebatque ad dextram Patris. Ideo Baldus in 1. decernimus in 2. not. de sacros. Eccles. dicit : *Quod honor consistat in sedendo ante alios digniorque debet sedere à dextris, & inferior à sinistris.* Habebat etiam Primogenitus vestem quandam peculiarem Tiraq. de *Jur. Primog. prefat. §. 12. 13. & 17.* Ita Lyra putat, Iosephi tunicam variegatam bündge-  
sticke

\* ) " ( \*

sticteſ ſeideſſer Rock, quam Pater ejus Jacobus  
confici curavit, fuilſe ſignum Juris Primogenituræ;  
quod Jus illi loco Ruben datum erat à Patre.  
Quum enim loco Rahelis, Laban ei deditſet Leam,  
animo Jus Primogenituræ ei, qui ex Rahele progi-  
neteretur, reſervavit: maxime cum Ruben etiam,  
propter commiſſum inceſtum aliaque delicta pa-  
trata, illius beneficij ſeſe indignum reddiderit. Ho-  
die vero primogenitus totam hæreditatem, ubi il-  
lud Jus eſt introductum, non ſaltem dupli-  
cem por-  
tionem, accipit; reliqui vero debent eſſe con-  
tent-  
ti certa quadam portione pecuniae vel di-  
tionis, ut  
inde ſe fulſtent & alant. Cachinno videtur di-  
gna, determinatio bonorum conſuetudine Regio-  
nis Primogenitis in Campania ad signatorum: ubi  
mortuo patre primogenitus ædes paternas & cir-  
cumferentiam illarum volatu Caponis, ſibi definit  
ac vindicat, ita ut in quantum Capo, ex superiori  
ædium parte emiſſus, unico actu volare poſſit, id  
ejusdem cum ædibus juris fit. Campani hoc ap-  
pellant: *le vol du chappon.* vid. Dieth. Addit. ad  
Befold. theſ. pract. ſub voce Primogenitus, & Spren-  
ger. in axiom. flat. p. 80.

Th. VIII. Primogenitus autem quisnam sit, vel ex ipsa voce abunde intelligitur: Is nimi-

B 2

rum.

rum, qui omnium primus in hanc lucem expositus fuit. *C. Joseph. X. de V. S.* Et quidem totus, non exerto tantum brachio, aut manu, quem si alter liberorum anteverterit, & matris uterum prius egressus fuerit, is primogenitus censetur, *Hermes fasc. Jur. Publ. c. 18 n. 36.* quod in liberis Thamaris contigit *Gen. XXXVIII. 28. seqq.* Idque etiam locum habet, si mortua matre, scisso ventre, in lucem protractus fuerit. *Besold. lib. 1. de success. Dissert. 4. n. 17.* qualem nascendi sortem habuisse a-  
junt Ferdinandum Albanum, famosissimum illum Regis Hispaniae belli Ducem. In Hispania vero is pro primogenito habetur: Wann zwey Zwil-  
linge gebohren werden, so wird der für den ältern gehalten, so am letzten auf die Welt kommt, und nehmen sie ein Exempel von zwey Steinen, deren densjenigen, welcher am letzten aus der Gruben gegraben wird, man dafür hält, daß er eher darin gewesen, als derjenige, so am ersten heraus gegraben worden ist. *Teste Zeillero Itiner. Hisp. pag. 69.* Adde Dith. *Addit. ad Besold. Thes. pract. sub voce Primogenitus.*

Th. IX. An vero Jus Primogenituræ innaturali Jure vel naturali ratione fundatum sit? de eo controversiæ ferram reciprocantur, tam Jurisconsulti,

sulti, quam Politici, rationibus utrinque plurimis adductis, vix tamen ex genuinis fontibus derivatis. Nobis omnino distingendum esse videtur, an qui Jus Primogenituræ introducere volunt, *in statu libertatis* vivant; an *in statu Civitatis*, tanquam subditi & privati: *In statu Libertatis* rursus vel Paterfamiliax alicujus segregis, vel Proceres in Aristocratia, vel Populus in Democracy, qui de Principatu constituendo laborant. Ille vi Imperii absoluti & naturalis in Personas & bona ex se descendentium Jus Primogenituræ in familiam suam inducere potest, modo cæteris liberis alimenta pro quantitate Patrimonii convenientia salva maneant: His idem Juris concedendum, quum quilibet Dominus translationi rei suæ vel libertatis in alium legem dicere possit, quam vult; vel illam sibi retinere; hinc etiam fit, quod linealis successio in Feudis nullam iniquitatem redoleat; nec illud quod Fœminæ regulariter ab illorum successione excludantur. Proinde non moramur, quæ negativæ Fautores hic obtendere in contrarium solent argumenta; utpote, quod (1) qui eadem nascendi sorte gaudent, & eodem succedendi Jure gaudere debeant. (2) quod primum secundum vel ulterius quem nasci, merefortuitum sit, quod Jus immutare

*non posset.* Quippe lubentes hoc omne largimur, nisi Dominus, qui Jus disponendi de bonis suis vel libertate habet, aliud disposuerit : Imo & illud sententiam nostram, si opus esset, mitigare posset, quod secundogeniti c. descendantibus non in æviternum à successione Principatus arceantur, sed extincta Primogeniti familia & ipsi admittantur, quum primogenitus & ejus descendentes Usum-fructum tantum Principatus habeant, salvo Dominio sive Proprietate, quam imminuere non posunt, ne detrimentum casu eveniente secundogeniti accipient. Sed & quæ pro affirmatiya stabilienda vulgo afferre solent argumenta. Doctores, ex-sanguia & vapida esse videntur ; ceu quod (1) *qui prior tempore, etiam potior Jure sit* : Quippe hoc accipiendo de Jure jam quæsito, non adhuc quærendo, quod voluntate Domini imminui potest. (2) *Quod Primogenitus primum Parentum robur sit* : quod mere casuale est, & quia ad cæteros gignendos non minus generandi vires adhibere debeant, alias æque non nascituros ac primogenitum. (3) *Primogenitum à Parentibus impensius amari solitum.* Quod similiter perpetuum non est ; quum omnis ævi Historia nos doceat, sæpius ulterius genitos à Parentibus Primo ratione Amoris

ris & in successione Regnorum fuisse prælatos. Ad-  
de Schilter. de success. lin. c. 4. §. 12. Quod demum  
concernit eos, qui in statu Civitatis tanquam subdi-  
ti & privati vivunt. Illi cum libera voluntate,  
quam ante subjectionem habuerunt, postea non  
polleant, sed Magistratui obnoxia, nihil difficul-  
tatis nobis faceſſunt; Quum hi ſecundum leges &  
mores patrios ſe conformare debeant, adeoque in  
tantum Dominio rerum ſuatum uti duntaxat pos-  
ſint, in quantum illud legibus vel moribus patriis  
non eſt reſtrictum: ubi e. g. Jus Primogenituræ  
non legibus vel moribus introductum nec hi ſine  
contentu velexpreſſo vel tacito Magistratus ſui il-  
lud introducere queunt. Unde cum perſpectum  
eſſet nihil iniqui Jus Primogenituræ continere, o-  
mniſe aeo apud culiores gentes plerasque in-  
troductum perpetuoque uſu receptum fuit, ut ſo-  
lius Primogenitus In perio admoveretur, reliquis  
omnibus a ſede ſolioque regali ſubmotis, & Justi-  
nus lib. 16. C. 2. Ptolomæum Aegypti Regein, ar-  
guit, quod contra Ius Gentium regnum ex filiis na-  
tu minimo tradiderit.

Th. X. Denique in fine hujus capitinis notan-  
dum eſſe existimo me imp̄imis agere de Principi-  
bus & Comitibus Imperii Appanagiatis, non de  
aliis.

aliis. Vocabulum enim *Panagii*, *Panagiatorum* etiam protrahitur ad inferiores Gallorum familias. Hinc in Armoricis finibus memorabilis extat successionum lex inter Magnates, *Assissam Comitis Gaufridi*, nominant; condita An. 1185. qua Barones & Equites tantum bona ad primogenitos transmittere, quasi præcipua, tenentur. Cum autem Primogeniti arbitrio relinqueretur alimentaria juniorum portio; additus nuncupatim junioribus, in eam portionem tertiae partis bonorum ususfructus, lege lata ab Aucturo I. Duce Armorico. Facit huc etiam Jus Panagii in Flussate familia introdueti: cuius vi primogenitus prætendebat sibi Jus esse, pro vetere gentis instituto, *Panagium præstare* junioribus alimentarium, quod *panis & candelæ consuetudinem* appellabat. De *Andrea Chauvigneo* (cujus Herois nobilissimi incredibilem bello fortitudinem laudibus vehunt Biturigum Annales) legitur: Illum legem scripsisse familiæ, de Panagio natu minoribus dando, circiter An. 1250. Jus istud Panagii postea Regis Longi Diplomate comprobatum fuit An. 1317. vid. Choppin. *de domanio Franc. lib. II. Tit. 3. n. 3. in princ. & med. tit. 4. n. 3. & 9.*

CAP,

\* ) 17 ( \*

CAPVT II.

D E

IVRE, DIGNITATE, INSI-  
GNIBVS ET TITVLIS APPA-  
NAGIATORVM.

Th. I.

Inter Jura Principum Appanagiatorum haud pœ-  
stremum est, quod Principes Primogeniti non  
possint bona Primogenitura subjecta alienare ; ne  
casu eveniente junioribus fratribus succendentibus  
damnum inferatur, quippe quibus quæsum Jus  
auferri nequit : hinc integra & indivisa conservari  
necesse est. Siquidem Primogenitura fideicom-  
missio æquiparatur. Knipschild. de Fideicomm. fam.  
c. 18. n. 4. seqq. fideicomissa autem toti familiae  
relinquuntur, per consequens alienari nequeunt.  
Et profecto hujusmodi jura & prohibitiones aliena-  
tionum, ut egregie dicit ab Andler Corp. Conf. Imp.  
pag. 1628. n. 32. hoc exulceratissimo seculo familiis  
multum prodesse experientia testatur &c. Ideo me-  
lius est, ut bona avita non alienare liceat ; sed potius  
conserventur, & quasireviviscant, ac bona familiae  
semel quæsita sera posteritati gloriose custodiantur.

C

Th. II.

Th. II. Ita & Princeps Primogenitus hæreditibus destitutus in præjudicium fratrum ac agnatorum subinfeudare aliter non potest; quam Vasallus, imo Sub-Vasallus alias, Maurit. decad. XIII. posit. feud. 7. Rosenthal. Reinkingk. aliique: adeoque Agnati non tenentur de subinfeudatione Antecessoris; quod confirmat Responsum Jurisconsultorum Wittenbergensium, cum A. 1663. à Germaniæ quodam Principe de variis Juris articulis consulerentur. Consilium est apud Ziegl. lib. 1. de Jur. Majest. c. IV. n. 28. Hat Euer Durchlauchtigkeit Herr Bruder, der Durchlauchtigste Herr N. N. auf Euer Durchlauchtigkeit nunmehr verfältten Landschafft unterschiedene Stücke, imgleichen Regalia und Hoheiten an fremden Personen veräußert, und zu Aßter-Lehen verliehen; und es will Euer Durchlauchtigkeit, ob Derselben, als Successori, dergleichen zum Præjuditz geschehen können, Zweifel entstehen, nach mehrern Inhalten des gnädigst uns zugeschickten Consilii. Wenn nun gleich sonst einem jeden Lehen-Mann freystehet, das ihm verlehene Lehen oder ein Theil desselben zu einem Subfeudo oder Aßter-Lehen zu verleihen; Dennoch aber und dieweilen Euer Durchlauchtigkeit Herr Bruder keinen Männlichen

lichen Leibs- Lehens- Erben nach sich verlassen,  
und Euer Durchlauchtigkeit, als nächster Agnatus, vi primæ Investituræ, die Landshaft angetreten ; die Fenda regalia ohne dem nicht wohl zum Alfter- Lehen ausgethan werden können, so erscheinet dannenhero soviel, daß die verliehene Subseuda, durch tödtlichen Hintritt des Subinfeudantis, erloschen, und Euer Durchlauchtigkeit, als Successor, an dieselben nicht gebunden se. Hinc secundum Feudistas Princeps Vasallus ne quidem candelam pro anima ex Feudo per testamentum relinquere aut alienare potest. Sicuti scribit And. de Ilernia ad c. 1. an agnato vel filio 2. F. 45. Add. 2. F. 9. Nisi feudum sit hæreditarium, vel Infeudatio facta sit de rebus infeudari solitis. Kohl. de subfeud. c. ult. n. 11. seqq. & n. 50. seqq. Struv. observ. Feud. c. 12. n. 8. & Itter. defend. Imper. c. 22.

Th. III. Principes Appanagiati præterea gaudent non minus jure Austregarum, quam Principes Regentes ; quia privilegium hocce non est glebae pretium, sed dignitatis præmium, quod personæ statum, non Patrimonii possessionem sequitur. Immediata namque subjectio, etiam sine territorio consistere potest. Andr. Knich. in Velsit. apol. n. 15. Springsf. de Appan. c. 11. num. 142.

Unde Mindanus sribit: Dass die Fürsten und Grafen des Reichs auch das Privilegium der Plastrag theilhaftig sind, und wann sie schon von ihren väterlichen Fürstenthümern nicht einen Meyer-Hof besitzen thäten. *de Proc. Cam. I. c. 19. n. 23.* & Myler. ab Ehrenbach. *de Princ. Imp. part. I. c. 20. §. ult.*

Th. IV. *Principes Appanagiati possunt optimo Jure fere omnia dignitati personali adhærentia jura, quæ Princeps Primogenitus, prætendere.* Sin hoc intermittent non bene sibi contulunt. *Quemadmodum enim illum injustum ac crudelē dicamus, qui sanguinem negligit suūm, illaudabilem illum, qui bona sua non conservat, nec defendit, cur non abjectissimum habeamus illum, qui bonorem, titulos &c. alterum istum sanguinem non calide fovet, & à se vel majoribus suis bene partum, non bene propugnat, uti dicit Lymnaeus IV. 9. 34. seqq.* Hinc istud Laetantii dictum hic non quadrat: *Contentione de Dignitate nihil fædius esse, nihil arrogantius, nihil à sapienti ratione remotius.* Ita in Germania usu obtinuit, ut omnes liberi postgeniti eadem arma cum Primogenito usurpare possint. Exceptis Electoribus Imperii Secularibus, qui signis illis & symbolis Imperialibus, armis familia-ribus

\* ) 21 ( \*

ribus adjectis, se ab aliis ejusdem originis & gentis  
Principibus discernere solent. Sic Pomum Im-  
periale aureum illud ex concessione Caroli V. Im-  
peratoris, cum in Processibus solennibus olim Im-  
peratori præferret Palatinus, Fridericus II. Elector  
vacuo antea clypeo inservit, imitatus collegas su-  
os, Saxonem & Brandenburgicum, qui officio-  
rum insignia scutis gentilitiis insertarunt, ut loqui-  
tur Freher. de orig. Palat. part. I. c. 15. Hanc con-  
cessionem plenius exponit Hub. Thom. Leodius  
l. 13. de Vita Friderici II. Palat. p. 259. cuius hæc sunt  
verba: Ut Imperator de nova dignitate Friderico  
gratificaretur, potissimum qui non solet libenter au-  
rum argentumve vel quid pretiosi dare, ad illum in-  
quit: Friderice volo, quod non meum est nec habeo,  
tibi dare: dono mundum, quem insculptum Tu &  
Posteritas tua Electores in signis vestris deferatis,  
quemadmodum Vobis antiquo Jure & à prima Elec-  
torum institutione solennibus Curia Imperialis fe-  
stis manu gestare competit. Hodie Pomum Im-  
periale gerit Bavarus: Palatinus vero Coronam Im-  
perialem. Et ita sese distingvunt Electores ab re-  
liquis suæ familiae Principibus. Cæteri vero Prin-  
cipes Imperii Postgeniti eadem insignia cum Pri-  
mogenito gerunt. Etsi, ne inter ipsos gentiles,

C 3

qui

qui in plurimas familias interdum sese extendunt, oriatur confusio, mos apud plerosque populos, Gallos in primis, invaluerit: ut arma paterna Primogenitus solus integra & sine adjectione seu diminutione gestet, Chassan. Catalog. p. 1. cons. 38. concl. 37. 76. & 56. Ceteri notam aliquam (Gallis brisure) adjiciunt, qua se ab illis & inter se distinguant. Ita secundum Chassan d. concl. 76. secundo loco natus, communiter adjicit *rastrum* seu *lambellas* (*les lambaux*) ut ex insignibus Ducis Aurelianensis fratri Regii apparat: Tertius addit *bordaturam* seu *limbum simplicem*: Quartus bordatarum componatam, aut alio modo distinctam per *edenturas*, *crenelaturas*, aut *seminatam* besanis: alii *bandam*, *barram* aut simile quid adjiciunt, quas voces explicantem. vid. Chassan. d. confid. 38. conclus. 75. Jean Boisseau part. 1. c. 7. du *Promptuaire Armorial*. Secundogenitis tribuit *lambellas*, seu *rastrum* tribus dentibus distinctum: Tertiis bordaturam *simplicem*: Quartis *grenelatam*, vel *similem*: Quintis *baculum transversum à dextra ad sinistram*: Sextis *bandam*: Septimis *le chef*, seu portionem quandam Summitati veluti assutam, sic alii alia, quæ apud Gallos crebro occurrunt. Alii secundo loco natis assignant *lunulam*; Tertiis *musculum*

*sculum* ( une moulette ) *Quartis merulam* :  
*Quintis annulum* : *Sextis lilium* : *Septimis rosam* : *Octavis crucem anchoratam* : *No-nis quadrifolium triplum*. *Menetrier practic. des armoir c. 11. p. 378.* sic & Angli, teste Spelmano & Petrasancta de tesseris gentil. *Secundogenitis addunt lunulam* : *Tertiis merulam* : vel ut ille vult *penticonum* : *Quartis stellulam* vel ut ille, apodem : *Quintis anrellum* : *Sextis lilyum*. vid. *Fetch. de Insign. eorumque Jure c. 11. n. 10.*

Th. V. Illa decora & ornamenta familiæ adeo Principibus Appanagiatis etiam sunt communia, ut in eorum præjudicium alienari nequeant. Chassan. Catalog. p. 1. confid. 38. concl. 45. Quia gentilitiorum insignium hic usus est: Gentes, Regna, Principatus, Civitates, & familias demonstrare, & inter se distingyere: Ac hodie familiæ & agnatiōnes ex armis ac Insignibus, tanquam propriis cuique signis, agnoscuntur Chassan. Catalog. part. I. confid. 38. concl. 41. & 51. Sicut enim identitas cognominis inducit prælumptionem agnationis l. 9. C. de liber. caus. ( nomina enim reperta sunt ad cognoscendos homines, l. ad recognoscendos 10. C. de ingen. & manu. ) ita & identitas armorum: atque adeo eisdem armis utentes ejusdemque quoque fami-

familiaæ, contra vero illis distincti, diversæ agnatiōnis esse præsumuntur arg. l. d. C. Menoch. de præsumpt. 15. n. 48. lib. 6. & conf. 816. n. 35. seqq. Gœdd. conf. Marp. 28. pr. vol. 1. Hinc quemadmodum stigma militem l. Stigmata 3. C. de Fabric. habitus & Cuculla Monachum l. si judex 12. de sent. Excom. in 6. Chlamys militem, purpura Regem, stola Sacerdotem, Toga Advocatum, Bricus rusticum ostendit, Gl. in l. un. verbo fibulis C. nulli lic. infren. equestr. Menoch. l. 3. præsumpt. 64. n. 3. Malcard. de probat. concl. 264. n. 6. & 7. ita insignia agnatiōinem originem & familiam arguunt Chassan. d. Concl. 41. & 55. VVelenb. conf. 13. n. 72. Menoch. conf. 1261. n. 6. Knipschild. de fideicom. fam. nob. c. 13. n. 19. & seqq. & Fesch. de Insign. eorumque Jure c. 14. num. 2.

Th. VI. Sunt, qui dicunt, Principibus Appanagiatis, gehören kein Fürstliches Wappen, kein Titul, sie seyn nur Fürstengenossen &c. qui se fundant in gloss. germ. ad l. 3. Jur. Saxon. Provinc. art. 59. in fin. sed neverintilli, quod hæcce controverſia non ex isto Jure Provinciali multo minus ex Glossa; sed ex Jure Publico totius Imperii, & illius consuetudine sit dirimenda. Nunc vero in tract. Pac. Osnabrug. An. 1648. hæcce verba haben-

etur;

tur: Es ist ein teutscher Gebrauch, und im Reich  
üblich herkommen, daß alle Fürsten, so eines  
Stammes, Geblüts und Tituls seyn, gleiche  
Kleinodien im Schild und Helm führen. Et Be-  
sius testatur: quod Principes Appanagiati ubique  
in Imperio dicantur Imperii Principes, sie werden  
genennet des H. R. Reichs-Fürsten. In Tract.  
de Pact. Fam. illustr. c. 8. §. 40. & 47. Liberi enim  
Procerum Imperii, etiam utriusque sexus, ratione  
dignitatis & tituli, atque eminentiae respectu non  
minus Duces, Principes aut Comites sunt, vocan-  
tur & honorantur in allocutione, salutatione & in  
litteris, quam ipse Princeps aut Comes parens.  
Besold. in Conf. annexo tract. de Monarch. fol. 200.  
Sicuti etiam de Jure Civili pater & filius pro una  
eademque persona censemur l. fin. C. de impub. &  
al. substit. filius paterni corporis portio habetur l.  
cum scimus C. de Agric. & Censit. & caro filii cen-  
setur eadem cum carne patris. Marta Neapol.  
part. 4. summa totius success. legal. quest. 2. art. 13. n.  
30. ac patris sui, tanquam activi principii, familiam,  
agnationem, honores & dignitates acquirit & se-  
quitur l. 1. §. qui ex duobus. ff. ad municip. l. 24. ff. de  
statu hom. Tiraq. de nobilit. C. 18. num. 20. & seqq.  
Ita quoque liberi utriusque lexus Principum ac Sta-  
tuum

D

tuum Imperii paternorum auspiciorū pāticipes  
 sunt, ac familiam dignitatemve illustrem à patre  
 Principe acquirunt & retinent. Quia Jura sangvi-  
 nis & Jura patris naturalis, per quemcunque ho-  
 norem, aut dignitatem adeptam non dissolvuntur,  
 sed per nativitatem in filios filiasque una cum di-  
 gnitate transmittuntur per l. s. furiōscirc. fin. C. de  
 nupt. l. 3. C. de Commerc. & Mercat. l. 11. C. de Di-  
 gnit. Guiliel. Benedict. in Cap. Raynulius part. 2.  
 vers. mortuo. itaque n. 105. 11. de Test. Nicol. Noa-  
 lis de Jur. Transmiss. cas. 29. n. 4. Quibus coue-  
 nit dictum Hosea cap. 9. Gloria eorum à partu, ac  
 ab utero & conceptu honor illius. Proinde filii &  
 filiae Principum ac Comitum Imperii non minus  
 Principes sunt, & ita nominantur, tam patribus vi-  
 ventibus, quam illis defunctis. Hæc enim Qua-  
 litas dignitatis tribuitur toti familiae: Ut quicun-  
 que ex ea nascatur, illa prædictus æstimetur, daß alle  
 die von dem Stamm gebohren werden, des H.  
 R. Reichs-Fürsten und Grafen seyn, sicut inter  
 terminis loquitur Betsius de pact. fam. illustr. C. 8.  
 fol. 436. Harprecht. ad §. 3. 3. de testam. n. 327. &  
 seqq. Sie werden genennet Fürsten und Fürstin-  
 nen, de quo privilegio cæterorum liberorum Prin-  
 cipum Imperii Herm. Vultejus conf. 35. n. 31. vol. 3.  
 dicit;

dicit : *Ilos hocce possidere magis ex ipso ortu & nativitate, ac natalium splendore, quam occasione territorii.* Adeo ut liberi, cum patre illustri, idem nomen, dignitatem & titulum gerere possint, cum eandem cum patre habeant originem, ac delatio insignium & armorum etiam ipsorum parentum honor existat. Paternos enim honores filiis invidere non portet. *I. II. C. de dignitat. I. nullus C. de Decurion.* Menoch. *conf. 158. n. 43.* & late Höppink. *de Jur. Insign. cap. 7. §. 1. n. 14. 17. & seqq.* Quis ergo negaverit Principes Appanagiatos ejusdem fere esse dignitatis, cuius Princeps Regens, uti diserte dicit Springsfeld *de Appan. c. II. n. 84.* & respectu spei futuræ successionis summo jure, eis Furstliches Wappen und Titul ; uti etiam titulum *Dei Gratia* von Gottes Gnaden adhibere posse. *conf. Friedens-Executions-Haupt-Recess. ad Instrum. Pac. VVestph. in princ. addel. 10. C. de Senator. & Myler. ab Ehrenb. de statu Imp. cap. 22. Tb. 8 &c. 26.*

Th. VII. Supra dixi Principes Appanagiatos in Imperio nominari Imperii Principes des H. R. Reichs-Fürsten. Contra hoc quidam opponunt : quod ad Principem Imperii requiratur possessio bonorum immediatorum, quam si non

omnes, saltem plures Principes Appanagiati non  
habent: qui seducuntur verbis *Recess. Imp. de An.*  
*1654. §. 197.* ibi: und insonderheit der im Reich  
ohnumittelbahrer Begüterung: sed minus rekte;  
Dum hæc verba non ad ipsam principalem digni-  
tatem, quæ absque illis bonis utique subsistere  
potest, sed ad Jus suffragii in Imperii Comitiis im-  
petrandum pertineant, sicut ipsa verba manifestis-  
sime produnt vid. *Linnæum ad Capit. Ferd. IV.*  
*art. 45. n. 11. seqq. p. 819.* & *Itter. de feud. Imp. c. 5.*  
*§. 4.* Quod autem Jus suffragii in Imperio non sit  
de essentia principalis dignitatis, ex omnibus Juris  
publici scriptoribus evidenter constat. Verum  
quidem est, quod illud Jus suffragii dignitati prin-  
cipali quid addat: sed minime illius defectus,  
quidquam detrahatur. Audiamus Mylerum ab  
Ehrenb. *de Principibus Imp. part. I. c. 22. §. 8.* *Prin-*  
*cipes ultrageniti in Imperio Rom. Germanico etiam se*  
*de Principatu vel nullam, vel minimam partem ad-*  
*epti fuerint, nihilominus Principes Imperii sunt, ac*  
*totius Principatus titulum retinent, ex Rolenth. de*  
*feud. c. 8. concl. 56. l. A.* Immo non ignotum est,  
olim illis quoque Comitis titulum quandoque at-  
tributum fuisse, qui tamen Comitatu destitueren-  
tur, teste Ulrico Obrechto Prodrom. *Alsat. rer. c.*

12. p.

12. p. 261. & quid pluribus ! certum est Alemanni-  
am habere Comites, qui de Comitatu quopiam  
non sunt investiti. Locuples nobis est auctoritate  
testis P. de Andlo lib. 2. de Imp. Rom. c. 12. pag. 94.  
& hoc spectantia Myleri ab Ehrenb. verba in No-  
molog. c. 14. n. 4. referre operæ pretium esse duco ;  
sic ille : *Quod in Imperio Rom. Germanico Comita-*  
*tus ac Dynastia reperiantur, qua allodiali Jure gau-*  
*dent, extra controversiam esse censeo, inter eos, pe-*  
*nnes quos notitia Imperii Rom. Germanici ac bistoria-*  
*rum Germaniae existit ; talis est Comitatus Moers,*  
*VVertheim, &c. adde Sixtin. de Regal. c. 4. n. 60.*  
*seqq. & Reinking. de Reg. Secul. & Eccles. 1. 4. 16.*  
*n. 39. Sarv vendesen Comitatum origine etiam al-*  
*lodiale suisle dicitur à Goddæo vol. 4. cons. Mar-*  
*purg. 37. n. 47. dissentiente Matricula Zeilleriana.*  
*Oettingen à Besold. in Thes. pract. lit. R. num. 37. p.*  
*mibi 803. & Renemanno membr. 2. Juris pr. Rom.*  
*Germ. D. 4. tb. 7. lit. A. hic etiam refertur. Imo*  
*non solum Comites sine Comitatu, sed & pleros-  
que Marchiones sine Marchionatu, Duces sine Du-*  
*catu esse ab Eiben in Electis Jur. feud. cap. IX. §. 7.*  
*& Fel. Malleol. c. 12. asserunt. Hinc Generosus*  
*Dominus à Gemmingen in Dissert. apud Besold. tb.*  
*pract. lit. R. n. 37. hæcce dicit : Darum kan ich dem*

Cujacio nicht glauben, daß sive origo sive definitio Nobilitatis primariæ vel inferioris, maxime in die-  
sen Landen, à feudis dependere. Dergestalten wären manchem Edelmann, auch mir selbst, gar  
leicht quæstio status zu moviren; denn vor 150.  
Jahren ist das Stamm-Haus Gemmingen noch  
allodial gewesen, hernach Speyer, und tandem  
Württemberg aufgetragen worden. Ergo so müs-  
sen Speyer und Württemberg allererst meinen  
Vorätern zu Edelleuten gemacht haben, und sie  
vorhin keine gewesen seyn, ja wir müssen noch  
nicht Edel seyn, per text. 2. F. 10. &c. valeat ergo  
Cujacius &c. hæcce ille, & quidem solide; liqui-  
dum enim est, Illustres liberos non per Investitu-  
ram, sed ipsa nativitate in Principum ordinem co-  
optari. Imo ille qui Patre Principe natus est non  
magis novo titulo, ad tuendum principale Decus  
opus habet, quam quisvis alias, qui per numero-  
sam Heroum seriem demissso sanguine, nobilis ex-  
istit: Et investituræ renovatio nil aliud efficit,  
quam ut jus in territorio quæstitum confirmet. Ita  
ter. de feud. Imp. C. V.

Th. VIII. Ex quibus deductis sequitur Prin-  
cipes Imperii non habere Jurisdictionem etiam in  
filios ultragenitos. Nam regimur & sacra Imperii

perii Rom. Germanici constructio vult, ut Pater Princeps Imperii nullam in filium habeat Jurisdictionem, Myler ab Ehrenb. *Ganol. Princ. c. XXII.* Principes enim aliive Imperii Status illustrem dignitatem, ac praetaliis superioritatem suam, non proprio & absoluto Jure, sed a superiore, nempe ab Imperio & Imperatore, consequuti sunt, ac in pari dignitatis gradu cum liberis suis constituti videntur, uti superius satis ostendi. Quæ illustris qualitas dignitatis toti progeniei Principali attribuitur, sive inhæret, uidet hancet allen deenen ant die von Fürstlichkeit Stammen gehohrent sind. Nicol. Bethius *de Pact. Fam. illustr. c. VIII. fol. 436.* Ideo vere dicere possumus filios Principum Imperii nasci non tam Patri, quam Imperio & Imperatori, propter investituræ tenorem, etiam in *Liberos & Heredes* conceptum & directum; cum semper sit jus Reipublicæ antiquius, quam Parentum *I. i. §. & generaliter de Ventr. in poss. lib. 19. §. 15. de Captiv. & Postl.* Hinc eloquentissimus scriptor Dio Prusceensis Chrysostomus Alexandrum tale obsequium Philippo patri, Macedonum Regi, denegantem, ita introducit: Cum Philippus interrogasset illum: an non Ego tuus Rex sum Alexander? respondit: nequaquam obedio enim Tibi  
non

non ut Regi, sed ut Patri. Dio in orat. 2. Ita etiam consentiunt de filiis Principum Imperii Nicol. Betius dict. cap. 8. Besold. in Conf. apud Haprecht. §. 4. J. de Testam. n. 327. Schütz. in Coll. Jur. Publ. disput. 3. th. 6. lit. C. Berlich. P. I. concl. 8. num. 18. § 19.

Th. IX. Quod si ergo eandem Postgeniti cum patre & Primogenito habeant dignitatem; certum est, Principes Appanagiatos iisdem, quæ parens habet & Primogenitus, frui privilegiis. Hinc recte concludo: Principes postgenitos etiam valide sine ullis solennitatibus posse testari. Verum quidem est, quod Sichardus in l. sancimus C. de donat. & Klock. Vol. 3. conf. 102. ipsis Principibus regentibus hoc denegent. Nihilominus tamen Praxis & alii Juris publici Scriptores contrarium dicunt. Fundamentum posterioris sententiae consistit in hoc, quod Jus Civile testamentarium semel sit receptum ab Imperio, & secundum id pronuntiare iussa summa Imperii tribunalia inter Status in genere: fundamentum vero prioris est, quod ista receptio sit intelligenda non secundum apices Juris Civilis, & ad instar privatorum, sed cum differentia in dignitatibus illustris. Ratio enim, quod ista subtilitates Solennitatum ci- lium

lium à Principibus & Statibus non requirantur, ex Dignitate Principali & illustrissima Nobilitate superiori, summaque Germanorum fide ac legalitate harum personarum arcessitur. Myler. ab Ehrenbach. *de Princip. & stat. Imp. part. I. C. 26. §. 5.* Schilter. *Instit. Jur. Publ. Rom. Germ. lib. I. Tit. 20.* Qua salva intelligi debet Juris Civilis testamentarii receptio, quippe hæc Dignitas & prærogativa sine facto & consensu ipsorum nullo modo minui potest, confer omnino ab Eyben. *dissert. de Testam. Princip. §. 18. seqq.* Ita Testamentum Caroli Austriaci, Marchionis Burgaviensis, omnibus testibus destitutum, pro valido & legitimo judicatum fuit, also ist *Herz. Carlen von Oesterreich, Margr. grafen von Burgau, letzter Wille für fräftig gehalten worden*, à Facultate Juridica Tübingensi apud Befold. *conf. 150. n. 24.* referente id Myler. ab Ehrenb. *dict. Tract. eod. loc.* Quod privilegium reætæ ad Principes & Dominos Appanagiatos extendit idem Myler. ab Ehrenb. *dict. Tract. part. I. c. XXVI. §. 6.* dum inquit : *Quod privilegium sese extendit quoque ad Principes postgenitos seu Panagarios ac territorio carentes. Privilegia enim, pergit, personalia Principibus ratione dignitatis competentia, Jure sanguinis ad heredes transeunt, non a-*

E

liter

*liter ac ipsa nobilitas transmittitur*, conf. Gothofred. ad leg. 3. C. de Testam. Et quanquam in faciendo Testamento Principi potius iuvandum sit, ut, ad evitandas lites, Solemnitates adhibeat: de facto tamen minus solemniter, si questio Juris est non prudentia, tunc in favorem dignitatis & ultimae voluntatis pronuntiandum esse dicit Schilt. e. I. Consultius tamen est, ut observetur clausula illa salutaris ex testamento Friderici Wilhelmi Ducis Sax. An. 1668. Wofern aber diese unsere Disposition nicht als ein zierl. letzter Wille oder testamentum apud acta vel judiciale mogte gelten und kraeftig seyn; sondern jezo oder künftig einigen Mangel oder Gebrechen haben sollte, dessen wir uns gleichwol nicht versehen, so wollen wir, daß es gelten solle jure publico, militari, privilegio Principum, oder als ein Codicill, donatio mortis causa, oder andere Übergab so aus freyem Willen geschiehet, oder als ein andere Disposition und Ordnung des letzten Willens, so vom Todes wegen zu Recht beständig ist, seyn kan oder mag. Schilter. dict. Tract. eod. loco.

Th. X. In hoc capite apposite queritur: an primogenitus filius naturalis excludat à successione Principatus & Juris Primogeniturae, secundo geni-

genitum ex uxore legitima, si, ea mortua, pater filium primogenitum, per concubinæ matris conubium legitimet? Evidem potiora esse Jura successionis ipsius Secundogeniti legitime antea nati censeo. Quoniam secundogenitus legitime natus prius habuit Jus quæsumum ad obtinendam primogenituram, eive annexa successionis jura, quam primogenitus naturalis per Cap. quamvis X. de re script. in 6. Constat enim priorem in ordine legitimo nativitatis potiorem esse in Jure primogenituræ Tiraquel. de Jur. Primog. in prefat. Quod Jus ipsa nativitate acquisitum & in legitime nato radicatum, ex superveniente causa ab eo auferri absque injuria nequit l. fin. de pact. Molin. de Jur. Primog. lib. 3. cap. I. n. 7. Iniquum certe esset, filium legitimum qui simul atque legitimus natus est spem certam & firmam succedendi acquisivit, omnesque alios exclusit, sine culpa, ex subsequenti matrimonio, successione fraudari & privari, sicuti in specie notarunt Tancred. quæst. 9. Bartol. Brix. quæst. dominic. 55. Franc. Mar. Pratus discept. for. Cap. III. n. 17. Quod eo magis verum est, cum ipse legitimatus filius non vere sit legitimus à die nativitatis, sed à die quo matrimonium contractum fuerit; a quo tempore ex vi Matrimonii ha-

betur tanquam legitimus per quandam retractio-  
nem. cap. tanta X. qui filii sint legitim. Hieronym.  
Schurff. conf. 2. n. 6. cent. I. Retractio autem in  
præjudicium legitimi, cui hoc medio tempore jus  
quæsitum fuit, minime procedit per l. bonorum ff.  
rem rat. hab. l. si mulier divertit, Solut. Matrim.  
Quoniam alias fictio præferreretur veritati, contra  
l. filium, quem Pater, ibi : ne imagine naturæ veri-  
tas adumbretur, de liber. & posth. Natta conf. 74.  
n. 1. infin. Besold. de Elect. & Success. lib. I. dissert.  
9. n. 10. & late Tiraquell. de Jur. Primog. quæst. 34.

Th. XI. Denique non extra orbitam dis-  
quiritur hic ; an Principes Panagiarii teneantur de  
pacto, cum Primogenito inito, de non ineundo  
Matrimonio ad Splendorem familiæ conservan-  
dum ? quod negatur ; quia matrimonia debent  
esse liberrimæ voluntatis & ab omni pacto impedi-  
tivo libera ; juxta præceptum Apostoli : Nubat  
cui vult in Domino. Ac neminem, ne nubat, cogi-  
posse Jurisconsulti tradiderunt in l. quoties 22. de  
condit. & demonstr. Baro Enenckel de privil. pa-  
rentum & lib. priv. 6. cap. IX. n. 22. Nicol. Betsius  
de pact. fam. illustr. cap. 8. fol. 392. Hinc conditio  
de non nubendo, veluti contraria liberorum pro-  
creationi & utilitati Reipublicæ, à Veteribus peni-  
tus

tus rejecta fuit, Marta de success. leg. part. 4. quæst.  
 18. art. 2. n. 76. Apud Judæos nemo exemptus fuit  
 à Mose ab oneribus nuptiarum, cum ipse summus  
 Sacerdos propter successionem teneretur uxorem  
 ducere. Rabbini, ex traditione Veterum, insu-  
 per dicunt: *Homicidi reum esse, qui liberis non det*  
*operam Rabbi Salom. in cap. IX. Genes.* Ad hunc  
 sensum Imperator Augustus dicebat: *Cælibes ho-*  
*micidium committere, quia eos non procreant, quos*  
*nasci ex iis conveniebat.* Dion. Halycarn. hist. lib.  
 56. Deinde sola Virginitas est, quæ invaderi pot-  
 est, imperari non potest, res magis voti, quam  
 præcepti secundum cap. *integritas. caus. 22. qu. 1.*  
 Exemplum hujus quæstionis recenset Sebastian.  
 Münst. in *Cosmograph. cap. CCCLXXII.* quod in  
 familia Dn. Landgraviorum Hassiæ contigit. O-  
 tho nempe Landgravius quatuor habuit filios, ex  
 quibus natu maximus Archi- Episcopus Magde-  
 burg. creatus fuit. Secundogenitus vero Her-  
 mannus diem suum obiit ante Patrem. Cœteri  
 duo fratres Henricus & Ludovicus, cum Princi-  
 patum suum pro indiviso manere desiderarent, in-  
 ter se circa A. 1330. pacti sunt, ut unus tantum re-  
 gimi præcesset, alter vero, quibusdam Præfectu-  
 ris contentus, perpetuo à Principatu exclusus, &

E 3

Matri-

Matrimonii contrahendi potestate privatus maneret. Et ne cuiquam hac in parte injuria fieret, ulterius inter fratres conventum fuit, ut tota res sorti committeretur, ambo unam virginem ambirent: Welchen nun die Jungfrau (sunt verba Münsteri modo allegati) küssen würde, der sollte Fürste im Lande bleiben, der andere aber soll nicht weibheit. Hunc itaque in finem cum elegissent Elisabetham filiam Friderici Marchionis Misnensis, ambo fratres ad eam profecti, electioni se stiterunt. A qua cum major natu Henricus alteri p̄älatus esset, Imperio universi Principatus, & Matrimonio Virginis potitus fuit. Frater vero Ludovicus, tametsi renuntiationi factæ, quoad bona satisfaceret, matrimonio tamen se prohiberi passus non est; sed duæ in matrimonium filia Comitis Spanheimensis filium ex ea suscepit Hermannum, qui deficiente mox progenie Henrici, Principatum Nassia obtinuit, ac aliquos post se reliquit filios. Quia tamen conditio, de non contrahendo matrimonio absolute omnibus hominibus impossibilis non est, sed potius difficilis; inde si quidam hoc donum continentia perpetuum apud se sentiant arg.  
1. ad Cor. VII. 7. & seqq. vel propter impotentiam naturalem, temperiem sanguinis, aut provectionem

rem etatem servare possint in primis si juramentum accedit, quin ad stricti sint ad tale pactum servandum, tanquam haec tenus possibile, nulli dubitamus. In tali enim margine constituti Appanagati si pacto non starent meram malitiam suam in præjudicium & detrimentum Principatus proderent: Malitiis autem hominum jura non favent, Nov. 63. C. I. Add. Joh. Gerhard. Theol. de conj. n. 546. Et seqq.

CAPUT III.

D E

EORVM ALIMENTIS.

Th. I.

Quum autem primogenitus Princeps integrum Principatum, ut supra audivimus, cum omnibus pertinentiis pro sua legitima primogenitali consequatur, ex lege naturæ, tanquam hæres ex asse Patris defuncti, qui omnibus liberis legitimam sive alimenta debebat, quoque obligatur, cæteris fratribus ex Principatu aut Comitatu decentem provisionem annuam pro sustentatione legitima constituere; quæ communis nomine vocatur Appanagium, Germ. Eine Fürstliche Abfindung,

bung, ein Fürstliches Deputat. Althus. in Polit. C. XIX. n. 83. Gallice un Appenage. Tiraq. de Jur. Primog. quest. 21. Ital. Vita è Milizia. Marta in dign. nov. part. 4. Tit. Vita & Milizia. Quo Appanagio Principes postgeniti debent esse contenti; etsi regulariter secundum Jus Civile liberis legitima debeatur: de quo recte Seckendorff. im teutschen Fürsten-Staat, part. 2. C. III. 1. bey denen teutschen weltlichen Fürstenthümern und Landen ist dieser merckliche Unterscheid wohl in acht zu nehmen, daß bey vielen, wenn der Landes-Herr etliche Söhne und Erben verläßt, dennoch keine Theilung vorgehet, sondern die Regierung der Länder insgesammt behalten wird, und allezeit dem Erstgebohrnen allein zukommt; dergestalt, daß er seinen Brüdern und Dero Nachkommen, entweder ein blosses Geld zu jährlichem Unterhalt, oder etwas an Aemtern und Herrschaften, zu Nutzen eingiebet.

Th. II. Appanagium autem hoc pro modo facultatum ac reddituum Principatus decernitur Menoch. conf. 411. num. 8. & 9. & ita ut dignitatem suam sartam tectam tueri, Parentum conditio & Status in iis reviviscere queat, ac nominis sui familiique gloria etiam in posteris perennetur l. 13. pr. de

de Adm. Tut. Rusdorff. in *Vindiciis Palat.* c. 5. n<sup>o</sup>  
 36. Nati enim ex familia illustri magnifice lunt su-  
 stentandi, i<sup>h</sup>rem Stand gemäß. Nam alias illis  
 aut natura sua excedendum est, aut minuenda di-  
 gnitas; quod tamen miserrimum esset juxta Vel-  
 lejum Patercul. *bijt. lib. 2. c. 68.* Constituitur hoc  
*Appanagium* variis modis: I. *Lege 2. Feud. 55. §. 1.*  
 II. *Consuetudine.* III. *Pactis familiae juratis.* IV.  
*Testamento.* Springsfeld. de *Appan.* c. 5. V. *Ara-*  
*bitrio boni Viri*, qui tunc secundum Conscientiam  
 pro dignitate & necessitate judicabit. Hinc  
 recte variari solet in hac re pro dignitate &  
 spe propinqua succedendi, ut in pactis Gentil.  
*Palat.* de quibus vid. Coccoji *Prudent. Jur. Publ.*  
*C. XXVII. §. II.* Tenetur illud *Appanagium*  
 solvere Princeps Primogenitus, qui rerum potitur;  
 ac ejus successores, è bonis quidem non propriis,  
 sed dominalibus, Taffel-Güther, Springsfeld.  
*de Appan. C. VII.* Hic notandum etiam est, quod  
 aliquando etiam in subsidium potest ex collectis  
 subditorum auxilium postulari, ut recte putat  
 Schilter, in *Tract. de Appan. & Par.* §. 27. Hanc  
 provisionem secundogeniti accipiunt non ut legi-  
 timam civilem Rosenth. *defend. c. VII. conclus 26.*

F

Sed

Sed ut alimenta, quæ tanquam onus feudale Primogenitus reliquis fratribus præstare tenetur, Vincent. Franch. *decis. 61.* Merlin. *de legit. tr. 2. tit. I. q. 2. n. 13.* quoniam *Appanagium* non Jure successio-  
nis ; sed jure & modo provisionis vel Alimonii  
constituitur, Cothmann. *conf. 1. num. 168. fol. 5.* &  
quidem ad modum ususfructus omni alienandi  
potestate exclusa ac semper salvo manente Jure re-  
versionis & consolidationis cum Domanio, in ca-  
su, quo frater Panagiarius absque legitima prole  
mascula decesserit Choppin. *de Doman. Franc.*  
*Carol. Tapia decis. 44. n. 7.* Unde bene scribit  
Bernhard. de la Roche Flavin : *les Enfans Puisnez*  
*de France ne peuvent quereller ou demander certain*  
*legitime ou cette part , leur estre deue en la succession*  
*du Roy leur Pere ; mais seulement provision par leur*  
*vie & entretien à la volonté & arbitrage du Roy Pe-*  
*re. Tr. de Parliament. lib. 13. c. 24. n. 1.* In *Appana-*  
*gio* vero ipso hoc Jus Primogenituræ locum nul-  
lum habet ; quia assignatur pro debita & decenti  
Iustitatione. D' Argentrè *des Partag. des Nobl.*  
*quest. 6.* quæ *æqualiter inter filios distribuenda est*,  
ut quisque sua patte separatim fruatur, Surd. *de*  
*alim. tit. 4. q. 23. n. 1.* Springfield. *de Appan. c. II.*  
*43.* Quod si vero familia illustris in ampliorem  
nume-

numerum creverit, Primogenitus vel actu regens, Nepotibus ac omnibus ex familia descendantibus suam provisionem & alimenta assignare tenetur Schrader. de feud. part. 8. C. 2. n. 45. aut si unus ex familia in bello capitur, redemptionis pretium solvere obligatus est, Monter. à Cueva decis. 16. n. 37. Kirchb. de feud. ex pact. Et provif. C. 1. n. 20. Et c. 3. Galleratius de renuntiat. centur. I. cas. 50. sub n. X. Etsi autem Principes Appanagiati Appanagium pro alimentis acipient; tamen, etiamsi aliunde habent unde dignitatem Principalem suam tueri ac conservare possunt, jure meritoque Appanagium à Primogenito petunt, Springfield. de Appan. c. 13. n. 44. Barth. Beckmann. dissert. inaug. de aliment. person. ad success. feud. th. 25. Quicquid etiam contradicit Tiraquell. de Jur. Prim. quest. 4. n. 35.

Th. III. Hodie Appanagia plerumque consistunt in pecunia numerata, ac certa annua pensione, da ein gewiß Einkommen von der Rentkammer jährlich an Frucht, Wein und Geld gelieffert wird Reusner. 1. decis. 5. Quandoque etiam in certa portione feudi, in etlichen Aemtern: Dergestalten, daß der Erstgebohrne seinen Brüdern entweder ein blosses Geld, oder etwas an Aemtern und Herrschaften zu ihrer Unterhaltung

tung zu Nutzen eingiebet. Seckend. teutscher Fürsten Staat Part. 2. C. 3. Quas Præfecturas tamen tenent non ut Superioritatem in eis exerceant, nisi aliter conventum fuerit, sed eo solum titulo, quo Viduæ illustres sua Dotalitia ihre Viddum. Hinc Galliæ Rexin concedendo Appanagio duo excipere & sibi reservare solet : *les Cas Royaux*, & *la souveraineté*, id est, *Lites prime Regia cognitionis*, deinde *supremum Dominatum*. Choppin. de Doman. Franc. lib. 2. tit. 6. n. 1. *Loyseau de grands seigneurs* c. 5. n. 67. Exemplum, quod totus Principatus in Appanagium fuerit concessus, habemus in Friderico I. Borussiæ Rege, ex Electorali Brandenburgica familia, cui, dum Frater Ejus Carolus Ämilius adhuc viveret, Principatus Halberstadiensis fuit adsignatus, loco Appanagi. vid. *lex. univers. Histor. Geograph. Basil. sub nomine Friderici Regis Borussiæ*. Sane cum Principatu etiam superioritas territorialis Appanagiato potest concedi Springsf. de Appan. C. XI. n. 115. vel Regalia, quod fere coincidit ; etsi Rumelinus, Rosenthal. & Rhüdinger. contradicant, quos solide refutatos vid. apud Rhegium. Ita quod sæpius Regalia illis concedantur, notant Myler. de Appanol. Seckend. in seinem teutschen Fürsten Staat. Choppin. de Doman. Franc.

l. 3.

l.3. tit. 19. n. 12. tradit exempla talis Panagii, nempe  
 Caroli Principis Galliae: Ludovicus XI. in Codicillis ita cavit: Fratri nostro & heredibus masculis  
 descendantibus ex suo corpore, & Masculis Masculor. quam diu extabunt ex legitimo matrimonio, conce-  
 dimus pro omni Jure Appanagii nostrum Ducatum  
 Normannia, cum omnibus pertinentiis, urbibus, ca-  
 stris, fluviis, portibus, naufragiis & aliis Juribus  
 maritimis, horagiis, Feodis & retro Feodis, Vasal-  
 lis & subditis, Albanorum bonis & Bastardorum,  
 collationibus, presentationibus, & Patronatibus be-  
 neficiorum, Gardiaminorum, Focagiis, Scacario &  
 aliis Juribus & Domaniis dicti Ducatus &c. Mensē  
 Octobri A. 1465. Aliud nobis refert Panagii ex-  
 emplum idem author lib. 3. tit. 3. n. 2. Augusti, di-  
 cit, Filius Rex legavit Roberto filio Atrebates Pana-  
 gii nomine An. 1225. his verbis: Volumus & ordi-  
 namus, quod filius noster natu secundus habeat totam  
 terram Atrebatensem in Feodis & Domaniis, & to-  
 tam aliam terram, quam ex parte matris nostra Eli-  
 zabeth posidemus, salvo Dotalitio sue Matris.  
 Quod si idem, qui Atrebatensem terram tenebit, si-  
 ne herede decederet, volumus, quod tota Atrebaten-  
 sis, & alia terra, quam teneret, ad filium nostrum  
 Regni nostri successorem libere & integre redeat.

Item ordinamus, quod Tertius filius noster habeat totum Comitatum Andegaviae & Cenomanniae in feodis & Domaniis cum pertinentiis suis. Item quod Quartus filius noster Comitatum Pictaviae & totam Alverniam in feodis & Domaniis cum pertinentiis suis habeat. Supralaudatus Rhetius ex Mylero & Lymnæo nobis etiam refert Exemplum Panagii Regalis, in Comitatu Mompelgardensi, qui cum omnibus Regalibus, juribus & prærogativis Ludovico Friderico A. 1617. à Duce VVürtenbergensi Johanne Primogenito concessus fuit.

Th. IV. Postquam jam adstruximus de praxi Jurisdictionem territorialem sive Regalia in Appanagium concedi ; hac occasione non inepte quæritur : An Princeps tali Appanagio gaudens, in suo territorio Asylum constituere (quod Galli or-  
donner Franchise vocant) ac locum quendam ita immunem reddere possit, ut Homicidæ illuc refu-  
gientes à poena liberentur ? affirmativam senten-  
tiā amplectimur. Quia tali Principi omnis Ju-  
risdictione ac Regalia delata sunt, hincque rete o-  
mnia privilegia omnesque actus exercere potest,  
quam ipse Regens Heig. 2. q. 22. n. 30. Leibfrid. de  
Jur. Asyl. concl. 9. Myler. ab Ehrenb. de Jur. Asyl.  
c. 8. n. 1. & seqq. Exempla constitutionis Alylo-  
rum

rum possunt videri apud eund. *cod. loc. n. 8.* Eodem argumento nempe vigore Juris territorialis, Principibus Appanagiatis competit Pax Burgenis, vulgo der Burg-Frieden; adeoque wann einer in deren Residentien nur die Hand zum Schlagen aufhebet, geschweigen denn sein propos effective ausföhret, so ist der Burg-Frieden gebrochen. vid. Fritschium de Palat. *Princ. Imp. c. 12. n. 4.* An autem Appanagiatus, cui Jurisdictionem Territorialem & omnia Regalia concessit Primogenitus, in dubio illa cumulative & dependenter acceperit, an privative & abdicative, quæstio suboriri hinc potest? nobis prior ltententia potior videtur, eo quod, juxta supra adducta, Appanagiatus saltem Usuumfructum Appanagii habeat; Usufructarius autem in præjudicium Proprietarii nihil constituerre possit, ne proprietas finito Usufructu deterior reddatur; quum omnino, extincta Appanagiati familia, Appanagium cum Principatu consolidetur. Quin ergo Primogenitus, si Appanagiatus per impotentiam, negligentiam, vel fraudem in usu Regalium versetur, hoc ipsi inhibere imo pessulum prorsus obdere possit, non hæsitandum, juxta jur. vulgat.

Th. V. Quod si nunc isti Principes habent

ant commodum ; quæritur , an etiām debeant habere incommodum ex. gr. an Imperii collectas solvere teneantur ? quod negatur ob favorem alimentorum. Principes enim Appanagiati accipiunt Appanagium loco alimentorum sicut superius deductum est , quæ sunt res maxime favorabilis ; hinc non præsumitur Principem Primogenitum illos hocce onere aggravare voluisse. Præterea supra dixi alimenta illis deberi de Jure naturæ. Cum autem Jura naturalia fortiora sint accidentalibus. l. 3. de Test. Tutel. Primogeniti vero jus ad exclusionem omnimodam aliorum prout ex libero arbitrio , pacto , consuetudine vel Statuto introducitur , pure accidentale sit ; inde sequitur Jus filiorum Postgenitorum hoc respectu fortius esse , quam Jus Primogeniti. Imprimis quia filii posteriores agunt de damno vitando ; Primogenitus autem de lucro captando. Immo tales Principes sunt tantum possessores : possessorem autem non , sed proprietarium Dominum onus collectarum sustinere debere , Juri & æquitati consentaneum est ; dum solutio collectarum & rei tributariæ adscriptio pertineat ad Dominum prædii , suntque effectus Domini , sicuti scribit Butrigar. in l. cum notissim. C. de præscripti. 30. ann. Ita & Blumius

Appa?

*Appanagatos ab omni censu immunes esse asserit  
in Proc. Cam. tit. 30. §. 13. Nisi speciali pacto aut  
moribus aliter cautum sit. Springsf. de Appan. cap.  
XI, num. 212. seqq. latius hancce materiam deducit  
Myler. ab Ehrenb. de Stat. Imp. c. 97. n. 17.*

Th. VI. Denique haud incongrue hic ad-  
jicimus verba Itteri in lib. de Feud. Imp. c. 13. princip.  
quod cum Primogenitus saepe succedat, reliquis fra-  
tribus exclusis, à consortio Regiminis Imperiique,  
illifratres non sint solo patrio ejiciendi, omnibusque  
necessariis ad honeste vivendum subsidiis privandi,  
in nescio quod ergastulum compingendi non sint;  
prout apud barbaras quasdam gentes observatum  
novimus, ut quos nulla quidem sua culpa, sed solo  
naturae ordine post alios jam in lucem editos fratres  
nasci contigerit, aut perpetuo castro, instar carceris,  
mancipati aut in monasterium detrusi saepe fuerint,  
fere ad imitationem Turcarum, apud quos, Busbe-  
quiuss Epist. I. legat. Turc. p. 40. refert, nil omnino  
miserior est, dicit, Turcicorum Imperatorum filiis,  
è quibus si quis Patri succesit, reliquos inevitabilis  
mortis necesitas manet. Ita & apud Abyssinos  
Regii gentiles & fratres agnatique in una quadam  
arce, quam Angam vocant, teste Lipsio, in loco  
pene inaccesso sita, & valido ibi custodiuntur præ-  
sidio;

fidio, ne turbas aut factiones excitare queant, Alvarez. in Histor. Aethyop. fol. 103. Quod facinus Lipsius lib. II. Mon. & Exempl. Polit. C. 4. mon. 2. §. 13. approbare, vel improbum non esse dicere audet. Verba ejus hæc sunt: *In hac tota re tamen fateor, morem Abyssinorum non improbandum videri, aut improbum, qui gentiles omnes agnatosque Regis in una quadam arce educant, remotos à Populo; quia & arx in monte pene inaccesso est, Angam vocant, & valido praesidio custoditur.* Non opus erit, ut spero, Lipsum multis refutare, & hic Pseudopoliticam suam arguere, dum quilibet perspicit, hoc esse contra rationem & amorem fraternum. Nam & alio modo aliisque licitis remediis possunt Principes Regentes impedire, ne agnati turbas moveant, aut in partes abeant diversas. Egō tantum me ad verba Car. IV. in Aur. Bulla cap. XXV. §. 2. refero: ubi postquam filio Electoris Primogenito soli, una cum Electorali dignitate cæterisque juribus & prærogativis, ipsum quoque Electoratus Principatum adjudicasset; hanc mox legem diserte ei dicit, gravissimaque admonitione conscientiam stimulat, ut clementem se ac piuum erga cæteros suos fratres exhibeat, iisque pro re nata, siue patrimonii facultatibus alimentariam por-

\* (51) \*

portionem constituat. Johann. Leunclav. *biflor.*  
*Muselm. libr. 4.* nobis tradit hujusmodi humani-  
tatis exemplum & documentum in filiis Turcarum  
Imper. Osmanni. Ille Moriens filios post se reli-  
quit duos, natu majorem Urchanem; alterum A-  
ladinum Bassam. Erciscundæ familiæ paternæ  
cum Comitiis dictus est dies, fratrem interrogavit  
Urchanes, quid faciendum de hac hæreditate pu-  
taret? Respondit Aladinus: constituendum an-  
te omnia Regem in ditione paterna, qui pastoris  
boni munere fungeretur, incolas Regni benigne  
regeret ac defenderer &c. quibus auditis natu pri-  
mus dixit: ERGO TU MI FRATER HOC  
IN TE SVSCYPE MVNVS.

CAPVT IV.  
DE  
AFFINIBVS.

Th. I.

A nimus mihi est pauca adhuc adjicere de affi-  
nibus. Affinitatem autem quandam cum  
*Appanagiatis* nostris habent *Paragiati*. Quare  
operæ pretium esse duco quædam de his adjunge-  
re; maxime cum plerumque magni & generosi

G 2

animi

animi Principes potius Paragii, quam Appanagi  
 Jure assignationes suas possidere desiderent, ut fa-  
 tur Nicol. Betsius c. 8. §. 7. de Paet. fam. illustr. Pa-  
 ragiati sunt, qui pariter vel pari jure hæreditario  
 succedunt, cum fratribus majoribus, et si Primo-  
 genitus & secundogenitus aliquid præcipui habe-  
 ant. H. Speelmann. Glossar. & du Fresne. Betsius  
 de Paet. fam. illustr. p. 330. Adjeci in definitione  
 & Secundogenitum quia aliquando hoc jus & ad  
 Secundogenitum extenditur, tamen retento jure,  
 quoad cæteros, Paragii, id est, æqualiter succeden-  
 di teste Schiltero de Appan. & Par. §. 10. & Betsio  
 de paet. fam. illustr. c. 8. §. 7. Paragiati vero turpi-  
 ter confunduntur, ut etiam merito conqueritur  
 Schilter ubique in Tr. de Appan. & Par. cum Appa-  
 nagiatis; et si differentia magna inter utrosque sit.  
 Paragium enim accipitur Jure legitimæ; Appa-  
 nagiuum vero Jure Alimonii. Paragiati succedunt  
 tanquam hæredes, et si inæqualiter; Appanagiati  
 vero penitus excluduntur ab hæreditate: & sola  
 alimenta ad dies vitæ illis subministrantur. Qui  
 plures differentias videre cupit specificas, eum re-  
 mittimus ad Schilteri Tract. sapius cit. de Parag. &  
 Appan. Jure Paragii usus est Rupertus Bavarus  
 in testamento suo, relinquens Primogenito pro  
 præ-

\* ) 3 ( \*

præcipuo Electorale territorium, cæteras terras in-  
ter quatuor filios æqualiter partitus. Eodem Jure  
usus Joh. Georg. I. in suo Testamento qui præter  
Circulum Electoralem reliquum territorium in  
quatuor partes divisit, idque honorabili instituti-  
onis titulo. vid. Schilt. d. Tr. §. 9. Alia exempla,  
brevitati studens, prætero.

Th. II. Ita & singularis divisio est in *addi-  
tam*. Schilteri ad *dissert. de Par.* & *Appan.* verba  
hec sunt: Noch eine sonderbare Art einer Lands-  
Theilung kan seyn, welche in Praxi sich gefundet,  
auch noch findet, daß ein Land, wenn es zumal  
groß und von Alters her zu einer alleinigen Re-  
gierung aus Schuldigkeit nicht gewidmet ist, in  
ungleiche Theile gesetzet, und dem Aeltesten das  
Meiste, den andern hümieder unterschiedliche  
Portiones anderweit zugetheilet werden, entwe-  
der aus Testament eines Regenten und Stäm-  
Herrn, oder aus willkürlicher Vergleichung der  
Interessenten, und ist mit denen Regalien und  
Hochheiten hierbei auf zweyerlei Weise verfah-  
ren worden, entweder und einmal, daß ein jeder  
in dem Seinigen, obgleich grössern oder gerin-  
geren Anteil, für sich allein als Lands-Fürst, re-  
giret, und mit denen andern weiters nichts zu

G 3

than

thum gehabt, es wäre denn etwa in etlichen, nach Gelegenheit der Landen, untheilbahren Stücken, als da sind Sessiones auf Reichs-Tagen, Hof- und Appellations-Gerichte, Consistoria, Universitäten, Bergwerke, Landschaft-Sachen, in welchen man oft eine Gesammtschafft behalten; oder zum andern, daß die Jüngere alzumal dem Aeltern, als Capiti familie, auch in ihren zugetheilten Landen etliche Stücke einkommen, als zum Exempel: Die Kriegs- und Friedens-Sachen, auch Session und Vertretung auf den Reichs-Tagen und dergleichen ic. In beyderley Fällen nennen sich gleichwol, mit allerseits Belieben, dergleichen vertheilten Fürsten, weniger nicht Landes-Fürsten, und exerciren, außer den Reservaten, alle andere Lands-Fürstliche Jura.

Th. III. Thomas Walsingham Anglus in *Historia Neustria*, quam usque ad A. 1417. scripsit, refert consuetudinem Gentibus septentrionalibus usitatam, verbis: *Mos olim fuit in Dacia, cum repleta esset terra hominibus, ut sancita lege, per Reges illius Terra cogerentur juniores de propriis sedibus emigrare. Nam Pater adultos filios cunctos à se pellebat præter unum, quem hæredem sui Juris relinquebat.* Ita & Lambertus Schaffnaburg, quem citat

citat Schilt. de Appan. & Par. §. 14. A. 1071. hæcce  
 tradit: In Comitatu (Flandriæ) Balduini ejusque  
 familia id multis jam seculis servabatur, quasi san-  
 citum lege perpetua, ut unus filiorum, qui patri potis-  
 sum placuisse, nomen patris acciperet, & totius  
 Flandriæ Principatum solus hereditaria successione  
 obtineret; ceteri vero fratres aut huic subditi di-  
 quoque obtemperantes in gloriam vitam ducerent,  
 aut peregre profecti, magis propriis rebus gestis flo-  
 rere contenderent. Igitur Balduinus Senior quum  
 duos genuisset filios, Balduinum & Robertum; Bal-  
 duinum omnium que habebat heredem instituit. Ro-  
 berto, ubi primum atas faciendis stipendiis matura  
 visa est, naues paravit, aurum, argentum & cæ-  
 teras longinquæ profectionis impensas affatim pre-  
 buit, jusisque ut ad gentes exteras iret, & si Vir es-  
 set (bonum consilium!) propria sibi virtute re-  
 gnum divitiasque pararet &c. Cum ille Galliciam  
 petiit, animo illam sibi subdere, infeliciter res gesit.  
 Tandem, ut pergit Lambertus, post tot discrimina  
 rerum ex Oriente redux Frisie Dominus factus fuit:  
 à qua ipsa etiam Balduinus Frater (horresco refe-  
 rens) ipsum manu militari deturbare conatus. Cui  
 adventanti Robertus per legatos ita fatus fuit inter  
 alia: Misereretur potius peregrinationis, laborum  
 & cala-

\* ) 56 ( \*

*& calamitatum in quibus totam suam etatem detrivesset ; gauderet ipse beatus sorte sua, quod totam communis Patris hereditatem, quam jure gentium secum dividere debuisset, solus sine consorte obtineret : se patriis finibus extorrem paterna hereditate destitutum &c. Sed frater Balduinus nihil bis motus, poenam luit in conflictu imperfectus. Unde ejus frater Principatum accepit.*

Sed manum de tabula, Quo minus dignitati & amplitudini argumenti obsecundare potuerimus, nos impedivit juvenilis ætas, & urgens hinc discessus, & subsidiorum librariorum penuria. Interim DEO Triuni sit Laus & Gloria !

F I N I S.



COROL-

## COROLLARIA.

I.

**S**tudium Juris Publici non minus utile ac jucundum est; hinc admiror, tamdiu à Germanis nostris neglectum, & quasi pro derelicto habitum fuisse.

II.

Differentia specifica inter Jus publicum & politicam est: quod illud cuiusque Politiae proprias leges consideret: Hæc vero generales leges, cuiuscunque Politiae singularis constituendæ tradit.

III.

In Gallia, qui titulum *Dei Gratia*, excepto Rege, adhibet, in Crimen læsa Majestatis incidit.

IV.

Vidua Noaria, si claustra intret, Dotalitium non amittit. Etiamli Canonistæ dicunt: Sie seyn der Welt abgestorben.

V.

Improba est Doctrina Authoris Anonymi Politici scelerati Cap. V. Ne tam veri tenax sis, ut non fingere tanquam aranea artificiofime, quod ad tuam faciat utilitatem, mature discas.

H

VI. Non

VI.

Non minus impium est, quod dicit sceleratus, scelerati Politici author c. X.

*Qui fidus nullis, affabilis omnibus, omnes  
Decipit, hunc primo suscipit Aula loco.*

VII.

Originem feudorum Germanis adscribo.

VIII.

Feudum emptitum est improprium contra Stryckium in Exam. Jur. Feud. C. 4. q. mibi 14. De consuetudine receptum est, ut Vasallus propriis sumptibus Domino serviat, contra Eundem c. 18. q. mibi 26. in fin. Testamentum Vasalli non vallet, si eum instituat, qui alias successurus erat. Itidein contra Eundem c. 14. q. mibi 8.

IX.

Ridicula ac inepta fuit Vasalli cuiusdam obligatio, quam ex Cambdeno memorat Lymnæus tom. 1. addit. lib. 4. p. 601. qua Vasallus, in die natali Domini, coram Domino, altare, buccas cum sonitu inflare, & ventris S. V. crepitum edere tenebatur.

X.

Si hæres instituatur fiduciarius, qui testamentis actionem passivam non habet, ex. gr. ob crimen  
*læsa*

\* ) 59 ( \*

Iæsæ Majestatis commissum, quæritur: An fidei-  
commissum valeat nec ne? Resp. affirmando.

XI.

Juramentum in alterius animam merito ap-  
probatur.

XII.

Dominus potest esse malæ fidei possessor.

XIII.

Nego, quod quidam Theologi (inter quos  
Breithaupt contra Thomasii *Disput. de Concubin.*  
§. 6. refertur) & Jurisconsulti docent: Concubi-  
natum vel ante vel post tempora Mosis, propter  
cordium duritatem fuisse licitum.

XIV.

Patrem vel Præceptorem non contemnit ille,  
qui modeste ab eorum opinionibus recedit.

S O L I   D E O   G L O R I A .



270 \*

Im Waisenhaus zu Berlin d. 17. Sept. An 1750  
comme j'au la force de faire une telle chose.

XI  
Inseln zu den Felsen der Inseln und der Inseln  
d'opere.

XII  
Deswiderde lez des lez des lez des lez des

XIII

lego lego lego lego lego lego lego lego  
Purpurbilz lez lez lez lez lez lez lez lez  
le  
le le le le le le le le le le le le le le le le le le  
le le le le le le le le le le le le le le le le le le

XIV

Purpurbilz lez lez lez lez lez lez lez lez  
di moglesap corri corri corri corri corri

XV  
softi DFO GTO RTW




**ULB Halle**  
001 966 979

3



sb





Pr. 05. num. 75. 1727, 10  
 9. DISPUTATIO INAVGURALIS IVRIDICA,  
 DE  
**APPANAGIATIS,**  
 IN PRIMIS  
**IMPERII PRINCIPIBVS,**

GERMANIS:

Von Titel= Wappen= Schild= Lehn= Nachfolg= Residenz=  
 und andern Rechten abgetheilter besonders aber  
 des Heil. Röm. Reichs Fürsten.

Q V A M  
 IN ANTIQVA RAVRACORVM VNIVERSITATE  
 PRO LICENTIA  
 SVM MOS HONORES DOCTORALES CAPESSEND<sup>E</sup>  
 ERUDITORVM DISQVISITIONI EXHIBET  
 D<sup>A</sup>. FEBR. CIO IO CC XXVIL

FRIDERICVS GÜRTLERVS,  
 N I C. F I L.  
 B A S I L. O R. D A V. N A T.



B A S I L E A E,  
 TYPIS IOANNIS HEINRICI DECKERI,  
 N V N C REC. CIO IO CC XXXXV.

